

(2) Ceterum . . . consistant, pro tranquillo statu sancte Treverensis ecclesie et fidelium subditorum eiusdem semper . . . vendicabimus nec recipiemus nec per quempiam sustinebimus vendicari aut recipi quovis modo; sed si . . . testamentum seu quamlibet aliam rationabilem sue ultime voluntatis ordinationem fecerint, id et illam habere volumus roboris firmitatem et fidei executioni mandari.

K 76 XXII wiederholt nur § 1 unter erheblicher Umstilisierung; die einleitenden Worte wie in K 46 XVII: 'Item volumus et declarando adicimus, quod nos et nostri successores Romanorum imperatores ac reges ad omnes et singulas dignitates personatus quoscumque, officia et quecumque alia beneficia ecclesiastica constituta infra civitatem seu dyocesim Treverensem vacancia vel in posterum vacatura, quorum collatio, presentatio vel quevis alia dispositio ad nos spectat vel ad nos aut eosdem successores pertinuerit in futurum, eidem archiepiscopo, suis successoribus et ecclesie Treverensi tamquam loci dyocesanis personas ydoneas legitime presentare debebimus et tenebimur pro institutione canonica obtinenda iuxta canonicas sanctiones'.

XVIII. Landeshoheit, Berg- und Schatzregal betr.

K 46 XVIII: (1) Item inhibemus, ne quis officiatorum nostrorum in civitatibus, opidis aut villis eorundem archiepiscopi suorumque successorum ius seu iurisdictionem aliquam sibi vendicet, nec nos ipsi nobis vendicabimus, sed ipsi archiepiscopus eiusque successores in eis plena gaudeant potestate¹.

(2) Preterea ius omnium argentariarum sive aliarum mineriarum in dominio seu districtu Treverensis ecclesie vel in ipsius dyocesi repertarum et rependiendarum necnon thesauros sub terra absconditos et in dictis terris inventos seu inveniendos ad prefatum archiepiscopum et ipsius successores volumus perpetuo pertinere ita, quod ipsi huiusmodi argentarias et minerias et thesauros sibi vendicare valeant et suis et ecclesie Treverensis utilitatibus applicare; et si aliquod ius in pretactis argentariis, mineris seu thesauris nobis vel imperio competeret, ius huiusmodi in prenotatum archiepiscopum et dictam suam ecclesiam in recompensam obsequiorum per ipsum archiepiscopum nobis

1) Vgl. § 10 des 'Priv. in fav. etc'.